

PACIS TESSERA <sup>1712</sup>  
IN SS. MARIA  
N O M I N E

QUUM INTER CHRISTIANOS PRINCIPES  
ULTRAJECTI FŒDERA TENTARENTUR,

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

D. CAROLO ALBANO

SANCTISSIMI D. N.

CLEMENS XI

FRATRIS FILIO,

AB ACADEMICIS NASCENTIBUS

Collegii Nob. Schol. Piarum Urbini

NUNCUPATA.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
URBINO

B

XI

LIBRO D'ORDINE 1320/4

IN I · MDCCXII.

Typis Angelii Antonii Monticelli Impress. Camer. Super. Permissis.



PACIS TERRA

IN ANNO

M D C C C I I

QUUM INTER CHRISTIANOS PRINCIPES

EXIMIA CONCILIA SINT

D. CAROLO ALBERTO

SAUCITISSIMO D. N.

CLEMENS VIII

PAPAE R. R. R.

AB ACADEMIA NASCENTIBUS

Collegii Nob. Schol. Bonnae Libr.

MUNICIPALIA



DE INI. MDCCCII

Typis Angelii Antonii Monachi Impres. Curiae Bonnae



# CARMEN.



**F**Allor? an Hesperio de pulvere sordida frondes  
 Excutit, & reducem Laurus mentitur Olivam?  
 An bello semper, Paci nunc Tessera Nomen  
 Famineum? obstructis irarum postibus, Ædem,  
 Certaue Federibus dant otia, falcis in usum  
 Jussa reformato mitescere secula ferro?  
 Quidquid id est, audire juvat. Testata Parentem  
 Nomina spes agitat; nec vocis imagine falli  
 Suspicit, æternâ quamvis meliora quiete  
 Spondeat, Auctorem quæ reddidit aura **MARIAM**  
 Tu mihi, Paciferam Cælo quæ ducis ab alto  
 Progeniem, & longâ solvens formidine Terras  
 Tempora Virgineum prætendis ad aurea Ramum;  
 “Quam circum agglomeratæ acies, lituosque, lyrasq  
 Certatim admiscent, haustisque coloribus Irin  
 Innixæ, palmis oleas, astrisque laborant,  
 Et sparsis teneras inducunt frondibus umbras:  
 Si Nomen de more Tuum dum dicimus, iras  
 Temperat Adriacas tranquillior unda Metauri:  
 Inscriptus si quando Tuos oleaster Amores,



4  
ac mercede caput pacandis inserit A stris:

Tibi Sacra dies: Tibi si Nascentia florum

arta damus, Pacique Tuas componimus Aras:

tu mihi Virgo refer, quales confinia noctis

ter, & auroræ promissam candida pallam,

incta comas oleâ, dextram exarmare Tonantis

conata ducem belli calcare Draconem, is foll

illa dedisse sonos: Hos audiat ultima Gadis;

audiat Hercyniæ longè nemus; inna, lacusque

ssultent Ligeris; vocemque Batava volutone

austra; nec ambiguis liber Padus a sonet undis:

Ver erat æternum, plenoque rosaria censu

iscebant cum messe vices, hyemesque latebant

oma peregrinas, omnis dabat omnia tellus:

non eadem Cæli fauces ridebat eodem

ambibus ingentis, tenerum vaga sidera Solem

ulcius afflabant; innoxia bruta leones

um damis agitare choros, in ovilibus hædis

igres, & admixtae viculis, oviumque magistro

ppè tunc numerum visa confundere, sæpe

bera porgentes; indescriptumque tenebat

nperium Pax una. Lues ignotaque nimbi

lominia: secunda nam certo tempore ripis

olliter exultans, obitisque reconditus aruis,

ivus erat pro hube! Hujus vestigia fortis

stentat Pharo, at Nilum vix nosceret ipse

scilicet

scilicet

scilicet

scilicet

scilicet



Nilus apud fontem: tantum mutatus ab illo est.  
 Quum vernas frugum illecebras, ingrataque Terra  
 Otia, Cælorum pestis, monstrumque subivit  
 Infernum, fatale, Draco. Ne tangite plantas;  
 Dii prohibete manus, Dii tantum avertite bellum.  
 Nunc furere ante juvat; nunc ò, nunc turbine poma  
 Perdantur. Toto carpit perfusa colubro  
 Poma Parens; secum & Pacem infectura Nepotum,  
 Hauſto fatiferum \* Nomen sibi condit ab Angue.  
 Oh Patria, oh hominum genus, oh pacalia Matrum  
 Nomina! continuo proſcindi nubila crebris  
 Fulminibus, ſevire feras, maria undique verti,  
 Exhorrere agros, in ſe ſecum arma movere  
 Nudi Mortales, furere omnia viſa repente.  
 Non ita Reginam ſubterlabentia Sedem  
 Imperii, quam mille urbes, quam mille coronant  
 Agmina, ſecuram rerum, nil tale timentem  
 Hoſtis ab inſidiis, vertunt incendia cæco  
 Tramite, dum ruptis furiant ejecta latebris.  
 Tolluntur flammæ undæ, liquefacta per auras  
 Accenſas tecta alta volant, tranſfixaque telis  
 Membra ſuis, ferri moles, argentea ſigna,  
 Infectum, factumque aurum voluuntur eodem  
 Torrente, ac raptò cum Principe cetera Regni

A 3

Vel

---

\* S. Epiph in Epit. lib. contra hereses Clamantes Evoc Evoc, illam adhuc Heva  
 à Serpente deceptam invocantes; Heva enim Syriacè Serpentem ſignificat.



el subeunt inimicum ignem, longove trahuntur  
 ruitio. Miseri quibus est arfisse negatum.

Tum verò Celi fpoliis, hominumque fuperbus,  
 xultans raucum jam non Draco: Vicimus, inquit,  
 umenidum Caftis, tota quæ protinus alio  
 pplaufura Duci, Regnumque aditura novellum,  
 artarus evomuit triftes mentita figuras;  
 hofocii, nunc prima iterum datur a ftra fubire,  
 unc Alto fediffe pares: hominive negentur  
 dera, & invictum ruet emula Turba fub Oreum;  
 ut hominem vetita Aftra ferent, dicemur & ipfi  
 ftra fuper regnare, Parens quibus in fonet Heva  
 omine dicta meo. Ne cui tamen excidat Anguis,  
 ominis aut Cælo fubeant oblivia noftri,  
 ducantque novum; frontes ornate colubris,  
 t colubris armate manus; fit tortile collo  
 urum, fit coluber cycladis revolubile textum.  
 ipeream in fpirate animam; & fi tangere Cælos  
 le finè calcatum genus, & regnare neceffe eft;  
 arma, faces, quidquid fcclerum, genus omne furentum  
 nguibus excutite injeftis. Ubi Mater ad iras  
 rovocet, haud iras credent; fallentque furentes  
 Maternum pro lacte malum. Dic atterat Anguem  
 emina, dic arma armis, & contraria condat  
 Jomina nominibus noftris. Hæc figna triumphi,  
 Noftro per inductas fint hæc follemnia Noftes.



Vix ea, centenis furiarum horrere cerastis  
 Tempora, mille sinus, & mille volumina nosse  
 Sanguineis arrecta jubis, & sibila linguas,  
 Et flammam vibrare oculos, sanieque fluentes  
 Tot capitum fauces: Lerne tum fontibus hydram,  
 Gorgona tum Numidis, Lybicus tum Dypsadas undis  
 Et centum sine more Angues, sine nomine Monstra  
 Quondam reliquias interfectura Latinas,  
 Immisere. Sinu Matrum ferus Evöe Noctes  
 Ex illo ingeminat, quatit Evya sacra Cithæron,  
 Evyadum saltus, & Evantes orgya Thrassæ  
 Exardent, Evanque fremunt. Dux Mater ad iras.

Quis tibi tum lenis Regno Pax alma furente  
 Vix bene suscepto? Terris invisa relictis,  
 Exul, inops, vix unde pedem digressa, paterno  
 Constiteras Cælo. Sed quæ vestigia tecum,  
 Quos animo tuleras æstus, miserum quid in Astra,  
 Quam Pacem jam non Pacem? languore tepebant  
 Exanimes oculi; puniri læta nocentes,  
 Mæsta suos dici. Si quando fulmina Patri  
 Dextra ministrabat, bis terque fefellit amantem,  
 Et trepidâ cecidere manu. Quot & ira repostæ  
 Voluebat sub corde minas, tot amore recusæ  
 Prodibant ex ore preces. Non sidera curæ,  
 Non siquid vel & astra super. Vix Patrius illam  
 Quid juvat amplexus. Longè mens omnis oberrat



8  
natos, quos Anguis habet, quos Nomina Matris  
per fera bella trahunt. Pallorem incerta, pudoremq;  
interfusa genas [ ex quo sua tempora cinctæ,  
contendunt & adhuc oleæ pallefcere frondes ]  
postquam plura malum durando secula vicit;  
t spatium dedit ira minis, & amoris in usum  
libera concessit cor, & oscula: Proh Pater, inquit,  
didit ut insigni mandantem ignota Ministro  
untia, & antiquas solventem pectore curas;  
sque aded ejectam patieris, & exulis umbram  
iscissâ Cælos natam confundere pallâ?  
quod dederas, Regno tot secula seuiat Anguis,  
Matris & illecebras fingat? protenderit ignes  
a catenatos, ejectiona furentum;  
ec jam carcer erit, seque in mea Regna refundet,  
artarus; & Cælis impanè minabitur astra  
breuius contracta rapi? concesseris hosti;  
ne tuis exire neges? jamjamque vocari;  
ec liceat quidquam esse tuum! Non si qua decoris,  
ec anime Terris fuerant vestigia nostra,  
deleri doluit. Quid enim te Patre beata  
ndoleam? cecidisse dolet quod pignus amoris  
vix fuerat, quod & ipse dabas. Ii Filia, Terram  
enè parem Cælo, dicebas; Sidera quondam  
uidisse volent; ea si mihi certa voluntas,  
ut tecum quid dulce petens, communia mittam

Re



Regna; salus Mundo, nobisque vocabere Mater. *bibb*  
In mea sic properas? hæc sunt data Nomina Matris?

Oscula tum libans Natae subrisit, & iras  
Æternùm Deus extinguens, quâ fulmine nuper  
Assiduo terrebat humum, mare, sidera, dextrâ  
Ivit in amplexus. Certo tunc omnia risu  
Hauserunt primam nunquam dolitura salutem.

At Deus: immoto superant adamante tuorum  
Fata, inquit; dissolve metum; non ulla coquebat  
Cura magis; sed parta quies. Via prima salutis,  
Quod minimè reris, de Nomine Matris aperta est.

En tuus ad Terras auctor, mihi nuntius ille  
Virgineos aditus, & mollia tempora fandi  
Pertentat, Matremque tuo bene Nomine dictam  
Ingressus, flammis resonam melioribus Evam

Invertit. Reducem te quælibet ora salutat.  
Mecum in eas; & si qua super vestigia belli,  
Intacto postquam pede Femina contudit Anguem,  
Me, sine, me poscant unum: jam Filia nobis,

Nunc Mater. Dulci pro Nomine tanta pacisci  
Debueras tormenta. Throno sublimis ab aureo  
Descendebat in hæc: & Majestate relictâ,  
Aligerùm turbæ, quæ circumstabat euntem,

Divinas dabat exuvias; huic aurea sceptrâ,  
Huic chlamydem, picto quam gloria neverat auro,  
Ast auro rutilam cui fudit habere coronam,

Ad-



10  
ddidit: hanc reddes, cuius nota sculpta, **MARIÆ:**  
errenasque domos trepidâ cum Pace subivit.  
Interea quàm multa Mari advolvuntur ab Euris  
apsa solo folia, aut sub primo Veris odore  
quàm multæ glomerantur aves, ubi Thracia campis  
axa Parætoniis mutant, & Strimona Nilos  
aud secus, ut Terris luxit nova temporis ætas,  
calemque procul **MARIÆ** penetrabilis auram  
auserunt Furæ, stridentes anguibus alas  
tulerant: Heu terrâ omnes, heu pellimur, inflat  
ars; Patri sed Roma vacat; contendite currus,  
agite, & bellum suspendite: Nacta Parentem,  
naget extorrem; quæ debuit omnia Bello,  
æ naper, stratis alienis hostibus, hostem  
dedit ipsa sibi; ferro ne parcat, ab oris  
x habet Emathiis cognatâ cæde madentes  
m pilis Aquilas, nil degener arma Senatu  
nserit in medio: Tibis nos poscit, apertus  
us adest, eja: ardentum quassosque rotarum  
exus hæc inter doluit Gradivus; & unâ  
mianimes irarum acies, stupidosque dracones,  
bsumptasque faces, per & albina nubila nimbos  
anguineos Romam trito Bellona flagello  
opulerat. Terrarum jerat furor omnis in unum.  
At veluti è placido pisces Delphinus ad escam  
hum vocat Oceano, positos turbamque sequentem



In laqueos secum ipse trahit: Mavortia Romæ  
 Limina certatim vix dum tenuere furentum  
 Innumerae facies, Argilethoque patentem  
 Extremo bellis jam plurima secula, Janum  
 Insiliere; suâ, quis credat? in arce Gradivus  
 Clauditur\*, & Diræ, steterant ubi plura furenti  
 Argumenta, jacent. Despumans rictibus Ira  
 Mordet fræna, vibrat suffuso lumina felle:  
 "Centum insperatis compagibus arcta, flagellum  
 Incusans Bellona terit; Discordia crines,  
 Et caput anguineum demens huc percutit, atq; huc,  
 Tum facilem cultor tardè crescentis olivæ  
 Parthenias miratus humum, de colle furorem  
 Augusto diffracta intus super arma sedentem,  
 Et vinctum post terga videt fremere ore cruento.  
 Tum canit, inuerso lætentur ut omnia seculo;  
 Ut pueri veram risu cognoscere Matrem,  
 Pacis & incipiant magni procedere Menses.  
 Aufoniis luxisse plagis tum gestit Astrum,  
 Astrum Materno descriptum Nomine, surgat  
 Quo terris antiquus honos ridentibus, & quo  
 Pura doli carpant felices poma Nepotes.  
 Illa Parens hominum; Pax illo venerat Astro;  
 Et MARIAM cecinit mentito Nomine Matris

Ille

\* Anno eodem quo ab Angelo nuntiata auditur Maria, Augustus, Pace constituta,  
 Jani Templū claudit, & Virgilius Maro adulatoris Augusto Pacis curat officio



le Dioneæ; prætextaque fabula vero est.

Quin è pacifero dilapsus Sidere fulgor,  
 rcanis postquam descriperat æera signis,  
 lbanos sensim colles subiisse, Parentis  
 ertur ad imperium, latebrasque steterisse sub imas,  
 ulminis in morem, certos rediturus in annos  
 gremio Tibris Albanus, \* quot spicea Virgo  
 ona ter octonis in partem vertat Eoam  
 gniferi gradibus. Verso quo tempore tandem,  
 cum miseras ruptis terræ compagibus, urbes  
 ella petent, referat Clementi Sidere Pacem,  
 positis doceat mitescere secula bellis.

Nec minus auditi magnum per inane fragores  
 morum, scutorumque ictus, sonitusque rotarum,  
 gnaque rapta, faces, arcus, profugique Furoris  
 istes exuviæ. Parti terna agmina ternis  
 tstructa ordinibus dederant simulacra triumphi.  
 er galeis oleas innectere, Nazaris hortos  
 oscere ter flores, medioque umbone refulgens  
 er **MARIÆ** Nomen cedentes pellere nubes,  
 tterneque simul ventura in secula Paci  
 tælucere; citas tum vox horrenda per auras  
 xcidit, & claro complet genus omne susurro.  
 uc spolia ingerite: hinc victo ex Angue trophæum

Tol-

---

*Tempus Astronomicum usque ad Annum 1700. quo Sanctissimus Dominus No-  
 ber Clemens XI. ad summum Pontificatum assumptus est.*



Tollite, paciferam resonent monumenta Parentem;  
 Romæ Martis erant; sint Pacis & atria Romæ.  
 Nec mora; præcipites condensæ grandinis instar,  
 Sylvarumque, gelu quibus altus inhorruit imber,  
 Et terram ingenti sternunt virgulta fragore;  
 Discerptæ pharetræ, truncata hastilia, fossi  
 Thoraces, currum juga, fragmina loricarum  
 Critarum colubrorum ignes, rictusque Leonum,  
 Pilorumque acies, sinè formâ ocreæ, arma sinè armis  
 Romano congesta Foro, cùm nuper oliva  
 Confita, Paciferæ steterunt inscripta MARIE.  
 Muscoso tum fortè thoro plaudentibus antris  
 Exitus, e summâ flavum caput extulit undâ,  
 Non humeros glaucus, non tectus arundine crines;  
 Cornibus ast oleam implicitam miratus, & aurum  
 Intextum chlamydi, Hesperidum regnator aquarum  
 Tiberis. Ob extructi speciem, & monumenta trophæi,  
 Effluere novis latè circumspicit oras  
 Floribus, atque novum latices hausisse saporem.  
 Dumquæ hæret, pavitatque; choris discurrere Natas  
 Insolitis, facili mentiras ore tuetur  
 Et Sophiæ, & Themidos, Cererisque, & Palladis ora,  
 “ Nympharum ludo, sua quamque. Coloribus Anthi  
 Pumice docta lacus Cissarias addere fontis  
 Congisteque, Hyaleque, & picta bitumine mitram  
 Asphaltis, varias tollendis ædibus artes,



Picturamque gerunt. Botane, Dryopeque capillis  
 Ambæ diffusis, virides in vestibus ambæ,  
 Ambæ arvis habiles; tunc altera gramine spicas,  
 Altera tum primùm quercu mutarat olivam.  
 Callyroe, Clioque, Ligeaque, Lamprotoeque  
 Musarum, & Suadæ reduces imitantur honores;  
 Littus it ad cantum, dictisque accenditur unda.  
 Iosaque dum prodit, quâ nulla modestior, Opis  
 Virgineam secum instaurat Galathea coronam.  
 Mox unit rediens Arethusam Lysianassæ  
 Majestas, & Amor; speculo processerat antè  
 Insigni Panopea omnes, omnesque secuta  
 Thus adolens spoliis, hominumque, Deûmque salutat  
 Paciferam Matrem pulcherrima Deiopeja,  
 Et Pacis MARIÆ de nomine Nomen adorat. ,,  
 Ipse choro medius, stupidâque acclivis in urnâ  
 Majores solito concepit Numine sortes;  
 Attollensque manus: rerum, ò Divûmque Creatrix,  
 Ecqua tuum Cælis vel inenarrabile Nomen  
 Mox tulit huc audax, imisque inscripsit arenis?  
 Ipsa mihi hæc quondam (memini) dum fonte sonabat  
 Vicino \* Albunea, & mecum muliebria sæpè  
 Dona ostentabat, nostris non vocibus usa:  
 Maturat, Tiberine, tuo, maturat honori

Fē.

\* Ex Lactantio lib. 1. c. 6. Nomen Sibyllæ Tiburtinæ, quæ ibidem Marris Deise-  
 licitatem, & gloriam cecinit.



Fēmineum, dixit, Nomen, properantibus annis,  
 Quo super Ægeos spatia bere dulcior æstus,  
 Odrysiæque rates, glaciemque binominis Istri  
 Dulcius effringes. Quo Cælo sidera quæque  
 Diduces, Lunæque minus patiere labores.  
 Quumque per Europam lacerari stragibus urbes,  
 Sanguine mutari fluctus, simul omnia cernes  
 In Latium è Stygiis bella erupisse cavernis:  
 Hujus odorato cesset bellum omne susurro,  
 Occludes Jani portas, totumque reductâ  
 Pace serenabis claris virtutibus orbem.  
 Quin & pacatis contermina Flavius \* Astris  
 Tempa locet Paci; duraturamque Latinis  
 Collibus ostendet scripto de marmore Pacem.  
 Demens, qui positum à tergo non respicit ignem,  
 Immunemque putat MARIÆ sinè Nomine, Pacem.  
 At stabunt, si certa movet prudentiâ veri  
 Albuneam, Pacis Nomen quæ Tempa \* MARIÆ  
 Nomine component. Hæc non immanis Enyo,  
 Centimanusque Gyas, Cæloque minata Juventus  
 Excidium, quatiet, Furiarumque impetus omnis.  
 Ipsas quin etiam, mediis vel in hostibus urbes,  
 Diluvioque ignis, tempestatumque petitas  
 Incolumes dabit hoc Nomen tela omnia contra.

Hoc,

\* Flavius Vespasianus Templum Pacis ædificat brevi flammis absumptum.

\* Ecclesia Sanctæ Mariæ de Pace.



Hoc, quibus eniteat, florentia munerata pratis, *Eminebat*  
 Prima quies pelago, Cælo sua sidera lingua *Arque* *Quo*  
 Illecebræ, icordi requies hoc certa laborum. *Quæ*  
 Quid loquar, ut stygium lymphatica membra venenum  
 Deseret, ut iustæ extinguent incendia febres, *Idibus*  
 Dimissa inque ferent semulta cadavera vitam *Quæ*  
 ut insperatum miseris ut copia cornu *Sanguine*  
 uderit, & subitos evaserit arida tellus *In lacum*  
 a latices, Nomenque putes audisse vocantis *Hic*  
 ortunaque, artusque, & amico turbine Cælos *Obulso*  
 scilicet hoc olim tibi Nomine fulserit \* Ordo,  
 qui teneram cogens Pietatis ad otia Pubem, *Quæ*  
 annua Paciferum referunt dum gaudia Nomen, *Tempore*  
 eque, Tuamque procul, quacumque invertitur Orbis,  
 illia myriadam docet ora sonare *MARIA* *Magnam*  
 æc ea: sed Tiberim Pacis spe cuncta futura *Imminet*  
 ompel ant, Tibrin omne solum, maria omnia *Tibrin*  
 cceleremus iter. Simul hæc, simul antra subibat, *Ab*  
 nde locis diversa Pater dat flumina, & undis *Notum*  
 sanguinea indignans, quas nescio, signa videbat: *Centum*  
 versâque moras Nymphis dum corripit Urnâ, *Excidit*  
 luit ambrosiâ Latios aspergine Colles. *Ipse*

*Nomen Marie Cl. Reg. Scholarum Piarum insigne.*